 sit p[ro]p[ri]etate si seruus p[ro] defensione  
 sua liberū interfecerit. de q[ui] ea sta-  
 tum[us] de p[ro]p[ri]etate q[ui] parentes s[ed]  
 interfecerit dicta sūt. H[er]e si mo-  
 saicis cōferas h[er]e hūana v[er]i-  
 debūt ad diuina cōferri. Si quis  
 iquit percusserit sponte hōc et p[ro]  
 cussus decesserit morte moriat[ur].  
 Si vero nō sponte percusserit lo-  
 ca dabo q[ui] fugiēdū ē. Si q[ui]s dolo  
 atq[ue] insidie hōc interfecerit etiā  
 ab altari si illo refugerit ad mor-  
 tē rapiat. Qui p[ro]p[ri]etate aut m[er]itū  
 ueberat moriat[ur]. Si q[ui]s i[n] iurgio  
 lapide aut pugno percusserit hōc

si hō nō moriet dānū ⁊ medicamē  
ta restituet q̄ percussit Si seruu  
aut serua ī māib' dñi dñi ab eo  
verberet interierit vlcione dñs  
vindicabit. si vero die vnū vel  
duos superuixerit nō vdicabit  
argentū enī eius est Si q̄s seru  
aut serue oculū eruerit. liberta  
tē ei pro oculo dabit Hec moyses  
Illa etiā nō est ab re audire que  
de rebus mūmis ihāiter plato  
sanct Si q̄s inqt ficus aut vna  
absq̄ cōsensu patrom atepetit  
qm̄ que sua nō sūt dāt accepit  
dānet Quod si seruus q̄spia  
fecerit per singulas ficus atq̄  
ratemos eq̄lia nūo vulnera pa  
ciat Hec certe maḡfica mēte pla  
tonis diq̄ nō sūt Sz audi modo  
vicissim atq̄ cognosce q̄ huānif  
sime atq̄ diuine Moyses Si ī  
troueris inqt ī vineā proximi  
comedes vna ⁊ īplebis aiaz tua  
nichil at̄ exportabis. ⁊ rursus si  
ī messe proximi tui veniens nō  
imittes falso. sz spicas ī māib'  
tuis colligas. si metēdo māipulū  
oblitus fueris ī agro nō reuerte  
ris ad accipiedū inopi reliquas  
vt benedicat tibi dñs de tui In  
vindemia nō reuertes ad vide  
mādū iterū Inopi erit si quid  
relictū ē Inmūabilia ī platone sūt  
q̄ rēphedi p̄nt. sz ea q̄ dca sūt sa  
tis multa eē opinor ad ostēdedū

ure nob̄ iudica platonis at̄ ferri  
**N**unc alioz q̄ phoz sectas  
Quo vero nugas cōpen  
dioso ponam? q̄ errore nō a me  
ip̄o. sz contradictione et pugna  
inter eos mirabili cognosces  
quos qm̄ inter se aut cū alijs  
cōparo nō facile negauerū illos  
claros fuisse viros Cū vero  
hebreoz theologis atq̄ phis cō  
paro ⁊ doctrina doctrine illorū  
cōfero. caduca ⁊ frivola om̄ia  
q̄ phi extogitarūt michi vidēt  
nec mirū Illa diuinit edita  
sūt hec humanitas

**A**deo vt nō sim' accusadi  
si grecoz doctrina despi  
cimus ⁊ hebreoz scripturā am  
plectim' Nam opere p̄uū est  
ad hac p̄parationē euāgelica  
diuersas atq̄ inter se cōtrarias  
multarū in phia heresū opimo  
nes videre. ip̄osq̄ phos verbis  
abiciose sibi ip̄is pugnantes  
plato enī ille oēs q̄ ant ip̄i fue  
rūt reprehende acriter solebat  
Platonē deinde ac platonicos  
aliq̄ increparūt. ⁊ ip̄i p̄ipathe  
tica rursus eos nichil scire nichil  
q̄ dicere putabāt. storta ab alijs  
deridet. ⁊ ip̄i retens illudere nō  
verent Ita vt iā nō lingua ⁊ ca  
lamo solū verū etiā manibus  
plū gerat Hys Pyrrōz Aus  
tipū Retrodoz Protogora



Xenophanē Parmenidēq; addem  
 nec voluptatis defensore Epicu-  
 riu p̄termittam? hos oēs ita re-  
 darguem? ut alteri armis et al-  
 teru vtam. Sic enī iutilis eē  
 disciplina ipōr ac luce datus  
 videbit. nō dico hec q̄a grecos  
 odio habeā. aut q̄ eloquēciam  
 eorū cōtemnā. S; q̄ falso accusa-  
 ti rēphēndiq; me video. q̄ falsā  
 ac fabulosā hebreorū scripturā  
 elegimus. Quō enī falsa esse  
 hebreorū doctrina q̄ ab ūno hūa-  
 ne vite verā phiam et pietatem  
 iuenerūt et itemeratā cōseruauē-  
 rūt. qui nichil vnq; addiderūt  
 ad detraxerūt hns q̄ summa et  
 scriptis ediderūt. **W**ncipio enī  
 sapientissimū ille Moyses quem  
 oibus grecis multo atq; in  
 superiorib; demonstrauim; nichil  
 oīno ex hns mutauit que sintera  
 suorū maiorū theologia tradidit.  
 p̄terq; q̄ vniūdi disciplināz t̄pib;  
 atq; hoīb; illis cōgruā dūit. s̄c̄  
 ut et q̄ multis sc̄is p̄ eū vixerūt  
 p̄phē nec vnicū q̄dē verbū a mo-  
 saice legi aut theologe priscoū  
 a Moise cōscripte incognēs mu-  
 nusq; cōsentaneū dixisse iueniū  
 ē. **C**ristiana q; veritas a scriptura  
 iudeorū p̄fectā. ita ei cōgruit si-  
 rē intelligit ut nulla repugnā-  
 cia excogitari possit. **C**alia igit  
 nrā sūt vna sentēcia vna vōte

a p̄mus q̄ ante Moysen fuerūt  
 a medis qui fuerūt a Moise vsq;  
 ad xpm rutilarūt. a nouissis dis-  
 cipulis dico xpi q̄ verā pietatē id  
 est Saluatoris nrī doctrinā virtu-  
 te a gratia ipsius cōmixti in lucem  
 ediderūt. p̄dicāt ac cōfirmantur.  
**U**niuersūq; orbe magis indies  
 florentē fide cōspiciunt. nec imperato-  
 rū edicta. nec hostiū insidie. nec  
 īmōtorū gladij p̄ualere potuerūt.  
**G**entiu vero p̄clara illa phia q̄  
 vnq; fructū p̄durit. **R**ā quē ad-  
 modū qui ante Platonē fuerūt  
 ab ipō derideāt. mox ipi Platōis  
 verbis audies. **P**rotagorē enī he-  
 ractitū **I**mpedocle et Parmenidē  
 idcirco redarguit. q̄ dissentiētes  
 inter se manifeste vidēt. quos Pro-  
 tagoras oīno ipius q̄ nullū esse  
 deū opinatus ē. **S**ic enī in libro  
 de d̄ns edito ab eo statim incipit.  
**N**escio inq; si d̄n sūt nec q̄i for-  
 ma sūt cognoscere possū. **D**emo-  
 critus vero qui protagorā docuit  
 p̄cipia rerū manē a plenū eē  
 dicebat. plenū ens et solidū vocabat.  
**I**mane vero ac vacuū nō ens. asse-  
 ritq; nō magis ipō ens eē q̄ nō  
 ens. **A**b eterno enī inq; i vacuo  
 cōtinue atq; velociter entia mo-  
 uēt. **H**eractitus vero p̄cipia re-  
 tū ignē putauit. ex q̄ vniuersa  
 fieri. et in quē cōsolui viciissim ar-  
 bitrat ē. tempusq; resolutionis oī

in igne determinatum esse aut. et quia  
tionis ex eo siliter. In omnes autem mo-  
ueri asseruerunt. Parmenides autem ele-  
ata unum esse uniuersum affirmat non  
genitum neque mobile pileque figura  
conglobatum. Hunc melissus audiuit  
ac cum in omnibus sequitur de quibus omnibus  
hec Plato in theeteto conscripsit. Et  
denique inquit ex motu et ex mixtura  
adiuncte omnia sunt. que esse dicimus  
non recte appellantes. Quia enim ali-  
quid est. si semper fit. et de hoc omnes  
philosophi preter Parmenidem conueniunt  
Protagoras dico Heraclitum. Empe-  
docles et utriusque poeseos summo-  
ete comedie quod Epicharmus  
Homerus autem tragedie. qui cum oce-  
anum generationem dicat deorum omnia  
fluxu atque motu producta esse uoluit  
et paulo post Heraclitum autem qui in ephe-  
so ~~ionas~~ ionasque phari uidentur  
nullo modo curant quiete aliquid  
interrogare ac respondere. et si quid  
ab eis quesieris enigmata quodam  
verba quasi sagittas ex arcu picant  
quorum si rationem quandam aut signifi-  
cationem quaesieris alio passiens  
enigmatate. nec quicquam cum eis efficere  
potens. Quippe nec ipsi seculi fir-  
mi unquam aliquid dicunt. Immo id ap-  
pmetur studere uidentur. ne quod certi  
aut in uerbis aut in animis eorum insit  
et subiat. Ab istis igitur nichil unquam  
discemus. sed ipsi nos desideremus quod  
ab antiquioribus accepimus ocula

ab illis ac poetice dictum quod oceanus  
et flurus generatione rerum est. quod nul-  
la res profusus stet atque quiescat  
quod posteriores apertius adeo dix-  
erunt ut iam etiam conari fabulas  
omnes ratione se tenere philosophiam putant  
liberatas ab errore uideant. quia  
falsum esse cognoscant alias rerum  
quiescere alias moueri. Quia  
enim moueri a perclaris illis philosophis  
didicerunt: quos magnis laudibus  
persequuntur. Fere autem oblitus sum o  
Theodore illos qui uniuersum immo-  
bile esse contendunt. Mellesius enim  
et Parmenides et quicumque eos se-  
quuntur spernentes illos stare omnia  
quiescere affirmant. Ipse enim inquit  
ut uniuersum non habet locum in se  
ipso qui moueat. Quid igitur nos  
in medio istorum intercepti o amice  
dicemus. nisi magno animo defendi  
effugiemus. quemadmodum in palestra  
nonnulli intercepti aliquid ab aliis si-  
mul tracti pereunt. Sic nos in con-  
traria isti trahentes penitus lacera-  
bunt. Hec in Theeteto. Sed uideamus  
quod cursu quod de prioribus philosophis in sophis-  
ta scripsit. Facilia quodam Parmeni-  
des inquit locutus est. Et quicumque de pri-  
oribus iudicare de entibus quodam et que  
sunt uoluerit fabulam quandam quasi  
pueris nobis narrare in uidentur.  
Alius enim tria entia dicit esse. et  
modo inter se pugnantia modo  
alterum ab altero fieri. conuictiones

et partus et educationes que filios  
 confingit. Alius duo facies hu-  
 midu videlicet atq siccu aut ca-  
 lidu et frigidu in vnu copulat et  
 pducit. Genus at eleatru a re-  
 nophane et ante ipz incipiens  
 oia vnu esse affirmat. Jades vero  
 quida musca sicelides conuigen-  
 du ita putarut. vt diceret ens et  
 vnu et multa ee hamicia et  
 inimicia defere. Distractu e-  
 ni ens semp aut ferri p coten-  
 one illi qui interiores musas co-  
 luerut. Remissiores vero sic sep-  
 se habere negarut. Sz mo qde  
 vnu ee aut vniuersu ex virtu-  
 te Veneris amicu sibi atq co-  
 ueniens. mo at multa cu ipm  
 sibi ipi ppter cotencionem repug-  
 net. Et post pauca. Quidam aut  
 magt sut inter qs gignatu bellu  
 assiduū gerit. Alij em quia qd  
 qd manibz comprehendit tactuz  
 sentit id solu ee cotendunt corp-  
 atq substacia idē oino ee affir-  
 mates. Alijs illudut q separa-  
 tas a corpore substacias ee asse-  
 runt. Dicunt em qda intelligibiles  
 atq incorporeas species vera ee  
 substacia. Hys alnsqz huimoi  
 verbis oēs qui ante ipz fuerunt  
 Plato deridet. Quale em ipz de  
 rebus opinione habuit i seperi-  
 oribz explanauim cu a iudicia  
 ipz scriptura accepisse plurima

probarem. Sed successores etiā ei  
 in mediū adducamus.  
**P**latone igit fecit in acade-  
 mia pnuū docuisse. ac ideo  
 iudicemurā phiam vocitatā fuisse.  
 Post illū vero Speusippū et sorore  
 nepotē platonis. demde renouate  
 Polemona docendi vices suscepisse  
 q p moeste Platonis nouis opinio-  
 nibz illico a academia repluerunt.  
 Ita sincera platonis doctrina vna  
 cu eo extincta. Cotenciones naq ac  
 pugne p eū inter phos coorte vsq  
 ad hodiernū diē maximope viget.  
 Pauassimu vero imo vero duo vel  
 ad sumū tres in tanto spacio ty-  
 veri platonici sut reperti. Nec tñ  
 etiā ipi ab adūbrata cauillatōe  
 oino alieni. Polemoni. Arcteliū  
 aut successisse. q fert platonica  
 oino phiam comutasse. nouaqz  
 quada constituisse. qm nichil cōpre-  
 hensibile sit. et in vtraqz partem  
 rōnes equaliū sint virū. sensusqz  
 fallaces ee. rōneqz nullā oino firmā  
 fieri. Vnde illud hesiodicu  
 Mens celata latet homines haud  
 cognita cuiquā.  
 Atq ipam ferū dn detnuere la-  
 tentem.  
 Sumis laudibz efferebat p. Ire-  
 silau. Carneades atq Clithoma-  
 chus prior phia cotēpta tertiam  
 istuerūt. Academia. Quarta  
 philon et atharmidas. Quinta qz

nōnulli dicūt Antiochū induxisse  
hū quidē successorē Platonis fu-  
erūt q̄ plūa q̄lisnā fuerit si q̄s  
discere glisat. **N**umerū audiāt  
q̄ in libro de dissensionē acadēmi-  
cū a Platone hec scripsit. **E**pici-  
pus inq̄t. Platonē renoarates. **E**pi-  
supū. polemō renoarātē in acadē-  
mia secutus ē. qui ī oib' fere mores  
Platonis et dogmata permutabat  
p̄terea q̄d hec nobilis icōprehensi-  
bilitas nōdū illos iuaserat. **I**ta  
statū post illū aut ignorātia aut  
alia quādō de causa platonis plūa  
cōtēpserūt. **N**olo enī amore reno-  
aratis id dicere. imo vero platonis  
grā id dicā. **D**oleo nāq̄ q̄ plūa  
vitam platonis mutati nō sūt.  
**N**ā et si nō erat melior magno  
illo pithagora. forsan tū etiā pe-  
ior nō fuerat. quē quidē pithago-  
rā discipuli ei' diligenter secuti  
maiorē doctōri suo accumulārūt  
honore. quā rem q̄uis utinā nō  
fecissent studiosissimū mutati epi-  
curei sūt. qui cū sapiētē putarūt  
epicūrū fuisse multis post eū tem-  
poribus. nichil penit' aut illi aut  
alteri alteri cōtrariū dixerūt. sed  
ī pietatis crimine inquam' videt  
qui noue aliqd dicere audent. **I**ta  
magna quedā inter eos cōcordia  
ē similisq̄ est epicuri secta discipuli-  
ne cuius. **C**uiusq̄ cū sine sedicōe  
fūmo cōsensu sic agat. ut vnā

mente vnāq̄ suāq̄ habeat. **I**taq̄  
firmiter atq̄ cōcorditer. **E**picurū  
defendūt. ut etiā in posterū secu-  
turi videant. **S**toici vero statū  
ab ipis p̄cipis factōib' plena  
nōdū quieuerūt. **S**ūtq̄ iter eos  
adco diuisi ut alijs magis ali-  
min' se stōicos cō fateant. **P**lato  
aut pithagorū certe fuit. nec ig-  
norabat. **S**ocrate tres deos posu-  
isse imitatione pithagore q̄d ī  
ipse secutus eo modo cōscripsit  
ut nec vsitate nec dare dixerit.  
sed inter manifestū atq̄ occultū  
sentēciā suā celauerit. nō inui-  
dia quādā neq̄ malivolentia  
s̄ rerū dignitate cōmot'. **N**oc  
igit' considerātes separare ipm  
ōino debem' ab Aristotele at Ze-  
none et quē academia sua diui-  
sa est ab eaq̄ ipm distigimus  
at ipm in se ipso considerātes. **P**i-  
thagoreū appellam'. **S**z nūc fu-  
rosissime ī huc et illuc ī tot'  
et singula mēbra trahim' vix  
inter pithagorā ī Socratem  
medius. **S**ublitatē nāq̄ illā  
pithagore ad hūanitatē dedux-  
it. **H**umile vero at directū **S**o-  
cratis ad grauitatē ī rediit  
at ita pithagora popularior at  
q̄ cōior. **S**ocrate vero grauior  
visus est. **S**z redeamus illo vni-  
de nobis defluxit orō. **P**olemō  
nā igit' **A**rcesilaus et **S**enon

audierunt quibus Xenon antea  
 Polemo doceret renovatus eam  
 fuerat auditor. qui etiam erat et  
 cynicus in nonnullis mutatus est  
 Sed Stilponem et heraclitios est  
 secutus. Nam cum Xenon et Ar-  
 cesilaus Polemona simul audi-  
 rent disputandi abiectione conta-  
 ti quotidie pugnabant Ita Xe-  
 non heracliti stilponis et Crate-  
 tis auxilio iurus insignis pug-  
 nator a Stilpione factus et au-  
 sterus ab heraclito Cynicus  
 a Cratete Arcesilaus vero tra-  
 tora platonum et Diocoro et pyr-  
 rona in subsidis tenuit et Cra-  
 tor quod incredibile ei esset orator  
 Diocorus vero sophistica. pyr-  
 ro aut mutabilem eum fecit et tras-  
 fugam et omnino nichil Unde di-  
 cebat de ipso quod ex anterioribus  
 esset plato: ex posterioribus pyrro  
 ex mediis Diocorus hic subti-  
 litatibus Diocori qui acutus di-  
 aleticus erat. et Pirronis ra-  
 tionationibus platonum elo-  
 quentiam sedavit. et modo hoc  
 modo aliud dicens hinc illo et  
 illinc huc faciale tam nichil  
 sciens voluebat Scire tamen mul-  
 te eloquentie umbra videbatur  
 nec unquam fuit in eo ut unum et  
 idem bis diceret. nec putabat in-  
 geniosi esse viri in eisdem permanere  
 Cavillator igitur summus vocabatur

cum ita se hinc que dicebantur dare  
 adaptareque se fuerit imeditat  
 Ut cum ipse nichil sciret. nec alios  
 scire quicquam pateret Terrebat enim  
 oes turbabatque sophismatibus gau-  
 debatque ac gloriebatur feditate il-  
 la mirifice. quod nichil turpe nichil  
 il honestum nichil malum cognos-  
 ceret Sed si quod primo turpe dix-  
 erat repente commutatis pluribus  
 conabatur rationibus que prius astan-  
 erat commutare confutare Erat  
 igitur hircia capita sua pro ense  
 amputans. nec aliquid habens  
 utile nisi quod libenter et audiret  
 et videret Nam et facie benigna  
 et ore rotundo et suavis erat  
 oculis proditus. qui non repente ar-  
 ripuit. sed aptus ad hanc natura  
 exercitationemque ab utro firmavit  
 Auduit enim puer Theophrastum  
 mitem virum nec a cupiditate alienum  
 quam formosissimus erat Ipse post  
 ea crantor fuit amator et Diocori  
 cavillatorie nata comoditate bee-  
 ussime secutus Pirronemque fuit i-  
 mutatus in cuius summa quibus pirro-  
 niam appellatus non sit appellatum  
 permansisse videtur Aperte namque  
 Pirro nascas plus philomelis et  
 Timon septica suum ipse id est septi-  
 cum fuisse affirmat Verum enim et  
 falsum et verisimile ipse quod ut illi  
 destituebat pirronicus igitur re non  
 nomine fuit. sed Crantoris pudore a quo

amabat noie nō re academius  
erat **M**agna igit pugnā inter  
**A**rtesilaū atq; **P**enonē fuit. et  
alter in alterū r̄ dicēdo r̄ scribē  
do ipūdeniter ferebāt. q̄ius **P**e  
no nō melius faceret q̄ **C**ophi  
sidorus orator qui cū grauitate  
ret **S**ocrate quē audiebat ab **A**  
ristotele premū dicebat scribebat  
q̄ nō in **A**ristotile q̄dē ut puta  
bat s; in **P**latonē a quo alien⁹  
nō erat **R**am cū **A**ristotile nū  
lo mō intelligeret. putaret aut  
qm̄ **P**latonē **A**ristoteles audi  
uerat **P**latonicū illū eē bellum  
quidē indixerat **A**ristoteli **P**la  
tonē vero et ei⁹ dogmata. que tū  
nesciebat reprobare conabatur  
putās nō **P**latonis dogmata s; **A**  
**A**ristotelis refutare **I**ta magn⁹  
iste orator nō eū parauēbat cui  
bellū indixerat. s; eū quocū pa  
cē habebat **S**ic igit r̄ **P**eno **A**r  
tesilao pugnās **P**latonē lacerā  
bat **N**on enī erat forsan nescius  
eorū q̄ **A**rtesilaus dicebat. **P**lato  
nica vero penit⁹ ignorabat. ut a  
libris suis manifeste colligitur  
**I**ta quē nō debebat ipūdēter era  
guabat. r̄ quē debebat nūme tan  
gebat. r̄ certa si **P**latonica nō op  
pugnasset dogmata bon⁹ meo iu  
dicio fuisse plus. s; de hac re lati⁹  
si ocaū erit. vtmā at nūq; michi  
tantū sit ocaū ut ad huiusmōi res

nō loco s; seruo reuertar **S**tude  
bat igit **P**eno **A**rtesilai omnia  
dictare futare atq; ac marie  
icōprehensibilitatē q̄buscūq;  
poterat argumētis aggredie  
bat: q̄rū **A**rtesilaus alia depel  
lebat alia succedebat alia sup  
plātabat **I**ta cōtradictēs deia  
ebat r̄ auditores ī stupore ver  
tebat facile putātes nō verbū  
nō op̄erā nō passionē nō q̄cūq;  
aliud eē magnū aut parū  
nisi q̄ pitaneo **A**rtesilao vi  
deret **I**lli vero nichil proesus  
videbat ne affirmabat quicūq;  
s; verbis solūmō p̄nūciando  
terebat **L**acides at q̄ **A**rtesilao  
succesit economie appellat⁹ est  
q̄ rei familiaris magnā cu  
rā habebat. maib⁹ cūctā p̄rius  
negocia sua gerebat nō pau  
pertate oppressus nec seruis ī  
digēs. s; q̄ uno vero rā vnus  
q̄s; per se ip̄s excogitet **E**go  
vero illud suauitatis grā bre  
uiter perstrigā q̄ maximo ar  
gumēto vsus nichil penitus  
ab hoib⁹ cōprehēdi posse puta  
uit **S**olebat sp̄ in seruoꝝ absē  
cia penū claudere: clauēq; ī lo  
culo depositā obsignare. an  
nūlūq; q̄ diligēter signerat s; b  
tuli filo ligatū p̄ paruulū q̄dā  
ianue foramē intro iūcē **E**ā  
at sibi aperiedū erat retracto

per filii anulo clauisq; resignata  
 ac cufus summi mo & claudunt  
 & aperiebat **Q**uia re cu affia  
 a seruoꝝ percipiss absente la  
 cide aperientes clanculū vnua  
 sū peni put am' corū ferebat  
 cōsumebant exportabat fidebat  
 lacides n̄t tū & signacula q̄ fere  
 rat intregra iueniret & anulu  
 ut dimiserat. peni at māfeste  
 diminutū. putauit hoc illud eē  
 qd apud **A**rtesilā de icōprehe  
 sibilitate cerū. qd nichil videre  
 nichil audire nichil deniq; i  
 telligere sincere ac vere possu  
 mus. audiuit disputari mali  
 cia q̄ seruoꝝ nichil vere cerū  
 ferre q̄ posse ab ipō se audiuisse  
 affirmabat **Q**uare cōfusus  
 nō acadēmicā s̄ stōicā apud  
 seruos disciplinā p̄fitebatur  
**I**lli vero acadēmicā icōprehen  
 sibilitatē verā eē cōtendebant  
**I**ta coactus lacides aliter iqt  
 in scholis disputam' aliter do  
 mi diuini disputacōib' ac scho  
 la neglectis domū sedens obser  
 uabat **H**ec de lacide dicta suffi  
 ciant **H**uc audiuerit qdē mul  
 ti s̄ p̄cipuus oīz atq; insignis  
**C**hrenēus fuit **A**ristippus **S**uc  
 cessit at ipi **E**uander. post quē  
**C**arneades acadēmicū factus  
 p̄iceps gymnasiū tertū con  
 stituit acadēmiā **I**s **A**rtesilai

moꝝ in disputacōe secutus ē **N**ā  
 ad utrāq; partē ita dicebat ut  
 oīa que alijs afferēbat refuta  
 ret icōprehensibilitatē tñ **A**rtes  
 ilai nō probauit **N**ō enī eē pos  
 sibile dicebat hōꝝ ita i oībus se  
 retinere ut nichil affirmet dif  
 ferēciā in incertū & icōprehensibile  
 et cūta quidē icōprehensibilia eē  
 s̄ nō incerta **I**s stōicā q̄ rōnū  
 nō ignarus ambicione magis  
 q̄ veritatis amore stōicā p̄hā  
 persequebat **R**umem' her s̄mp  
 sit **C**arneades m̄t pugnandi  
 moꝝ **A**rtesilai rōnouauit oīb'  
 contradicēs. **I** huc atq; illuc n̄t  
 affirmādo n̄t negādo volubili  
 tate oīnis oīa distrahēs. cūq;  
 rē nactus eē grauiorē & atq; ve  
 hemens annis fluxu oīnis  
 atq; uocib' cōtradicēs obrue  
 bat **I**ta ceteros qdē nōnūq; vi  
 argumētōꝝ seducebat. ipē vero  
 se ipm qd in **A**rtesilao nō erat  
 rē intelligebat **Q**uipe mul  
 to prius ille se ipi q̄ auditores  
 decipiebat **C**arneades vero et  
 p̄mulcebat & depopulabat. nā  
 furta quidē occulte latrocinia  
 vero aperte irruens fanebat mō  
 dolo modo vi. etiā p̄paratos p̄e  
 meditatoꝝ etiā hōēs cōfidebat.  
**I**ta nullus ei resistere poterat **S**  
 erat oēs quib' cū pugnabat ml'  
 to inferiores **C**arneadi at **C**ly

thomachus successit **C**lithomacho  
Philon de quo idem Nume-  
nius her perstricit Philon cu  
tomacho successit nimia leticia  
confusus q̄i gratia habens q̄ illi  
visa fuerat confirmabat. a plifi-  
cabatur ac aduersus stoicos tuc-  
tis viribus armabat. Sed t̄p̄s  
sp̄atio veritate rerū conuicta in-  
comprehensibilitatis opinio fuit  
**Q**uare Philon q̄ ip̄e ne tras-  
fuga videret redargui magno-  
pere cupiebat huic Antiochus  
in academia successit. q̄ stoicu  
mnesarchū secutus Philoni p̄-  
ceptorū nō paucis contradixit. et  
aliena dogmata in academia in-  
duxit. **H**er de successione Plato-  
nica ab ip̄is vt vides phis tra-  
dita sūt. **C**onsidera igit̄ altius  
oro falsitate dogmatū et pugnas  
phis. q̄ et si semper per vniuersu  
orbē amore veritatis errauerunt  
nullū tū laborib⁹ dignū fructū  
posteris transmittere potuerūt. s̄  
nec ip̄i magnā vtilitate cōsecu-  
sūt. **C**ultus enī idolorū et multitu-  
dinus opinio q̄i pestis oīa conta-  
gione sua inuaserat. que ipsos q̄  
phis morib⁹ ciuitatū ac legib⁹  
sacrificantes sumerferat.

**N**ihil enī veri de dno a p̄-  
oribus acceperūt. s̄ suis  
cogitatioib⁹ cōiectura ducti de na-  
tura philosophāt qd̄ Porphyri

in epistola ad egiptū. **A**nebonē  
hys verbis fatetur. **I**napiā vob̄  
māt a dno et demōib⁹ bonis. de  
q̄b⁹ plurima grecorū phi dixerūt  
s̄ que dixerūt cōiecturis prece-  
pue nitūt. **E**t subiungit maḡ  
pugna de hys reb⁹ apud nos ē  
**H**umanis enī roib⁹ de bonis cō-  
nitiō. q̄ at̄ alacra hoc mō iues-  
tigant cū peruenire nequeant  
q̄ proficisci voluerūt frustra phi-  
losofāt. **V**de ip̄e in libro ad boe-  
thū de aīe historia māt. **C**ōis q̄  
de horū sūa mortale esse aīa  
predicat. **R**aciones vero que a  
phis adducūt faciles refutati  
sūt. **N**ulla enī apud phos o-  
pino p̄pter cōuarias rōnes q̄s  
facile cōtradictes inueniūt fir-  
ma eē videt. **I**mo vero etiā de  
hys q̄ oculis cernūt nichil eē  
cōfirmādū multa opinati sūt  
et in libro de v̄is ip̄o appollis  
oraculo in testimoniū citato se-  
ductos fuisse grecos. et ab egipt-  
ais chaldeis et hebreis verita-  
te vt in superiorib⁹ dixim⁹ con-  
spectā affirmat. **V**idem⁹ ne ig-  
tur accusandi nos q̄ seductas  
egentes cōtepsim⁹. **E**t hebraice  
scripture toto aīo adhesimus  
**C**ur enī oportet nos phos au-  
dire ac magni aīa ab illis  
velle discere si cōiecturis v̄it  
et v̄aris roib⁹ atq̄ diuersis in sū



oꝝ dubitationē adducāt. qd̄ vt  
re ipsa videas ip̄os ph̄os de p̄n  
cipis de d̄ns de vniuerse cōsti  
tutione varias imo vero cōtra  
rias sentēcias exponā

**S**il astrologiā arithme  
ticam geometriā musicāq̄  
ip̄i mathematicas disciplinas  
q̄ vocant. queq̄ nō ip̄i iuene  
rūt. s; a barbaris acceperūt. ad  
iuuēdā vt ip̄i putāt veritatē  
cōferre. Nā si disciplinā i  
quūt cognitio aq̄ nō forma  
uerit. nullus rē ph̄ari nec de  
ū cognoscere p̄t. Ita q̄ de ip̄e  
ip̄i numeris teneat. nos q̄ eas  
disciplinas nō admiram. pe  
cudes eē arbitrat̄. nec magni  
aliq̄ posse nos itelligē conce  
dūt. Res at̄ ip̄a ondit multos  
apud grecos fuisse inuābiles  
apud barbaros. q̄ q̄uis has  
disciplinas optime tenuerūt  
nec deū tū nec rē vniuersi no  
mā cognouerūt. Cōtra multo  
sine illos pie simul atq̄ factis  
sine vixisse. Itaq̄ Boccatē q̄  
merito oēs admirat̄ nō mag  
ni has disciplinas scasse. Xeni  
phon i libro de dictis socratas  
scribit. Docebat iqt̄ quātū o  
porteat singularū rerū atq̄  
artū habere periciā. Nā tātū  
geometrie studēdū consulebat

quātū sufficeret ad mēsuracionē  
agror̄ ac distributionē. qd̄ adeo  
facile dicebat eē vt si q̄s diliger̄  
aduertat q̄ ip̄m quātitatē  
agri cognouerit. mēsuracionē  
ignorare nō possit. repbat vero  
tantā ei rei curā ac studiū vt  
difficili figurarū cognitiō in  
gulare velis. Nullā enī vtilitatē  
i illa speculatio vidē se asserbat.  
nec erat geometrie ip̄erit. sed a  
multis atq̄ vtilissimis studiis ca  
ā hōis vitā ad aliam cōsidera  
onū studia deducere nō oportere  
putabat. Similiter astronomiāq̄  
discēdā cōsulebat vt dies ac noctes  
horas et menses et anos recti per  
cipiam. Que res ad iter agen  
dū et nauigationes atq̄ custodi  
as multaq̄ alia i nocte aut in  
mense aut i anno p̄agūt. p̄tilis  
est. Cōsq̄ at̄ astronomiā discē  
quousq̄ planetarū mot̄ et distā  
cias eor̄ a terra cōphendas vehe  
menter. ip̄robat. Nullā enī vti  
litatē etiā in hac re vidē dicebat  
nec erat expert̄ oꝝ istor̄. S; cū  
longa t̄pa spacia desiderat̄. nō cō  
ferre arbitrabat̄ vtiliora reliquē  
et in hns vitā cōterere. Dīno at̄  
nō eē curādū hōi dicebat vt per  
celestia corpora futuroz̄ q̄ i p̄ntē  
diuina sūt cognitiōne p̄quirat.  
Nec enī posse hōes illa cognosce  
re nec d̄ns gratū eē si q̄ illi ocul

tarūt ea tu diligenter inquiras  
posseque facile ira deorū ī insania  
**A**naxagore cadere. qui cū celesti  
ū sciāz profiteret. in id amētie  
incidit vt solē ignē penit' puta  
ret. **N**ec p'spicere poterat facile  
nos ad ignē oculos erigē. cū solē  
respicere nequeam'. nec corpora  
hoīz atrocia fieri ab igne quē ad  
modū a sole. **N**ec cernebat oīa  
que a terra germināt absq; sola  
rib' radns atq; calore celest' creste  
nō posse. que oīa igneo calore lag  
uescūt ac pereunt. **L**ogicāq; dis  
cedā ita cōsulebat vt magnū ei'  
studio multāq; operā iprobaret.  
**H**ec Socrates apud Xenophōtē  
ipē at Xenophō i quada ad Esch  
mē epistola hec de Platone ac de  
hīs qui naturale sciāz profite  
bant' scribit. **C**ū mōt patet  
diuinas res cognitione huāna  
cōprehendi nō posse. q're suffint  
pie ipos deos et ex animo colere  
quales at sūt nec iuenire nob'  
possibile est. nec fas ē querere nec  
enī seruis cōdūat. nec eis lauda  
bile dixerū si dñōs. suoz cōsilia  
nisi quātū ad mīsteriū suū per  
tinet scūtari voluerit. **C**uādo  
enī o' **S**idjine Socratē quispiā  
auduit de celestib' aliqd' copori  
bus dicere. aut ad subyiles linea  
rū speculationes perdiscendas ex  
hortari. **M**usica enī ipz scimus

aurib' solūmō percepisse q'tidie  
at de fortitudine. de iusticia. de  
alijs virtutib' differēbat. **H**ec  
nāq; bona hoīz appellare solebat.  
**C**etera vero vt peripi ab hoibus  
nō posse aut nō longe a fabul'  
distare. **S**ophistarūq; ludis si  
milia ēē hec ille et ceteris cōsu  
lebat et ipē pm' facebat. **I**n q'  
quib' Socrates nō placuit aut  
taceat aut ad qd' equū ē redē  
ant. **S**ocrati enī vniū sapiētiā  
de deo soli attestat' ē. **C**ui  
vero cū interfecerūt penitēcie  
stimulos effugere nō potuerūt.  
**I**st' at bona egypti et p'digiosa  
pythagore sapiētiā adamarūt  
et solida Socratis tenuitate cō  
cepta trānide coluerūt. et te  
nuissimā vitā dapib' scdis cō  
mutare nō erubuerūt. **H**is ver  
bis Xenophon Platone ocul  
cus pugnabat. Socrates vō  
apud ipz Platone ī libro de re  
publica gymnastica musica et  
astronomia ita loquit' vt etiā  
**P**lato nō multis multū at  
tribuere videat.  
**U**trū vt faali' merito cō  
cepta ēē a nobis hanc  
manē grecoz phiam cognoscat  
nō grauabim' alcius varias at  
q; diuersas vno vero iter se con  
trarias phoz opinōes repetere.  
**A**ssumā at ea a libro plutarchi

que de dogmatibus philosophorum inscripsit  
**T**hales inquit milesius de septem  
 sapientibus unus principium rerum  
 aquam putauit. Is primus philosophum di-  
 citur incepisse. et ab eo ionica phi-  
 am esse appellata. Dicit autem unum  
 esse in egypto fuisse. et muletum se-  
 nior reddisse. Inducit autem fuit ut  
 ex aqua vniuersa primo esse dice-  
 ret et in aquam demum resoluere. quod  
 sperma omnium animalium origo humi-  
 da substantia est. Unde verisimili-  
 putauit hoc modo ex humido cum-  
 ta omnia. Deinde quod herbe et pla-  
 te vniuersa humido aluntur. et fructus  
 ferunt. eius autem penuria lag-  
 uesunt ac decidunt. Tertio quia  
 ignis stellarum atque solis et ipse  
 mundus aqueis vaporibus alitur.  
 quam opinionem Homerus quod ap-  
 probare videtur cum dicat Oceanum  
 qui omnium fuit origo. Anaxemander  
 autem milesius principium rerum infi-  
 nitum esse asserbat. et ex hoc omnia  
 primo omnia. et in hoc tandem deueni-  
 re. idcirco infinitos omnia mundos  
 atque rursus corrumpi. Infinitum  
 autem esse dicit esse principium ne quod de-  
 sit. neue quicquam terminet. Erra-  
 uit autem quod non aperuit infinitum  
 istud aer ne an aqua sit aut  
 aliud quoddam corpus. errant et-  
 ciam quod subiectam materiam dicunt  
 efficiente causam deserunt. Infinitum  
 enim nichil aliud quam materia est

que actu esse non potest nisi ab efficiente  
 eliciat. Anaximenes vero miles-  
 sius principium rerum aere opinatus  
 est. ex quo fieri cuncta et in que resolu-  
 ui contendit. namque enim nram aere  
 esse aut hic enim nos continet. Pri-  
 uersum etiam mundum spiritus et aer fo-  
 uet. Idem autem aer et spiritus apud eum  
 est. Hic etiam errauit. quod ex informi  
 ac simpliciter spiritu atque aere animalia  
 posse constitui putauit. Impos-  
 sibile autem omnino est principium rerum  
 solum esse materiam in natura sit effica-  
 cente causam ponere. Non enim ex ar-  
 gento aut ligno aut aere vascu-  
 lum unquam fiet nisi artifex fecerit.  
 Heraclitus vero et Hippasus me-  
 tapontinus ignem esse principium pu-  
 tarunt. quo extincto cetera igni-  
 t. cui solidiore parte in se contrac-  
 ta atque restipata terra fieri. tempo-  
 poro ab igne resoluta in aquam  
 verti. et exalaciones aquarum in  
 aere transire. Rursus autem vniuersa  
 corpora mundumque ipsum ignis ardo-  
 re corrumpi. Principium igitur ignis esse  
 inquit. quod ex eo sunt omnia et in eum de-  
 mum resoluunt. Democritus que e-  
 picurus sequitur principium rerum asse-  
 rit corpuscula quedam minutissima  
 que atomos appellat. res cognos-  
 cibles solidas non quibiles nec cor-  
 ruptibiles omnia factura superiores  
 que alterari non possunt. Has in vacuo  
 et per vacuum moueri asserit quod infi-

nitū eē opmat. **A**tomos q̄ ipas  
ifinitas nūo dicit q̄b' accidunt  
figura i magnitudo scōz. **D**emo  
citu **E**picurus etiā pond' adient  
**N**on enī mouebūt inqt nisi p̄  
dere deferant. **F**iguras porro ato  
moz nec ifinitas nec eiusmōi  
eē asserūt vt frangi nō possunt  
**A**tomos enī dita est nō q̄ mī  
ma sit. s; q̄ diuidi ac frangi ne  
queat. **A**tomos at eē dicit q̄  
vacuū at q̄ atq; vnitās elemē  
ta sūt. **E**mpedodes vero agrigen  
tinus q̄tuor elemēta ignē videlz  
aerē aquā i terrā p̄cipia ponit  
**D**uas etiā virtutes amicitia atq;  
litem. i amicitia q̄dē cōiungere.  
litem vero distiguere. **H**ec fuit p̄  
moz phōz discrepācia. **I**ste sunt  
de p̄cipijs illoz ianes opinioēs  
**R**ō enī deū creatore nec deos oī  
no aut icorporeas i irrationales  
substācias. nec illud q̄d sup sen  
sū sit i p̄cipioz nūo accipit  
**P**rimus at grecōz oīz. **A**naxa  
gora fert intellectū rerū oīz cām  
asseruisse. q̄ philosophadi amore  
agros suos multos dicit reliq̄se  
**I**n pinus efficiēte cām rōnale ac  
bitrat' ē: cōfusa enī oīa siml'  
fuerūt: s; intellectus a cōfusione  
i ordinē ea redegit. admiratione  
vero dignū ē. q̄ ita dicētē parū de  
fuit quīn atheniēses lapidib' ob  
rueret. q̄ videlicet nō solē s; solis

creatore venerabat. **I**s et si reb'  
oībus intellectu p̄fuit nō tamē  
consequēter vbiq; seruauit. **V**n  
de **S**ocrates apud platonē de  
aiā vehemēter eū inuasat. **C**ū  
legissem iqt. **A**naxagora dicētē  
oīm cām eē intellectu magna  
leticia perfusus putauim gen  
iam me. **A**naxagora iuenisse.  
qui diceret oīa optime ab intel  
lectu eē disposita. i a quo disce  
possem vtrū terra rotunda an  
triangularis sit. **C**ausā enim  
asserere ipz arbitrat' sū. **Q**ue  
altero alterū melius. i q̄ opti  
mū ē talē terrā eē. i si i medio  
ipam diceret illico exponeret q̄  
optimū ē i medio sita eē ac eo  
dē modo de sole luna i de veloci  
tate ipoz i de alijs singulis q̄  
optimū sit alia pati alia facere  
que patiūt i faciūt. nō enī ali  
a cā q̄ optima reddi p̄t si a ra  
cione atq; ab intellectu disposi  
ta sūt. magno enī gaudio sepe  
libros eius prelegi. i progressus  
aquā aerē ignē ceteraq; humi  
modi asserere. **A**naxagora vi  
dens eisq; cāto rerū causas re  
tū attribuere nec intellectu ac  
rōm aliqd attribuere magna de  
spe decidi. **S**imulmū enī nudū  
facere videbat'. ac si q̄s diceret.  
oīa intellū atq; rōe a **S**ocrate  
fieri. **D**einde cū reddere causa

vellet quare hic sedea. ruderet qz  
 corpus meu ossibus atqz neruis  
 constat. cu ossa articulos conuerti  
 onesqz habeant neruis colligatas  
 ⁊ nerui trahi atqz retrahi soleat  
 flecti hoc mo corpus facile possit  
 qz de causa fit vt sedea. no em ve  
 ra ca reddit. s; qz videlicet eum  
 athemenses mortis crimine con  
 denarunt. ⁊ michi iustus visu e  
 sniaz hanc subire. Idcirco expec  
 tans hic sedeo. Nam p cane ni  
 si hoc eet si fugere michi melius  
 visu eet. hec oia ⁊ isti merui me  
 gare ⁊ in boecio cent. si qs vero  
 contendat no posse me q michi  
 optima videt absqz neruis ⁊ of  
 sibus ceterisqz huius efficere ve  
 re quide dicit. Ver em facio m  
 cio at eoz q intellcu fuit non  
 hec s; melioris aut certe opti  
 mi est. Et p pauca ita ⁊ tercia  
 alius reuoluacione celoz i me  
 diu depelli alius ppter latitu  
 dine sua ab aere sustingeri. qd  
 at melius sit in medio sita ce  
 ne qrat qde. Est at qd omnia li  
 gata ⁊ bonu ipz qd nescio quo  
 oes negligunt. Hec Socrates ⁊  
 naraxagore at successit. Arcehi  
 laus que Socrates audiuit. p  
 terea ⁊ xenophanes ⁊ Pytha  
 goras qui Anaxagore tpb  
 floruerunt de eternitate dei ⁊ de  
 aie imortalitate philosophati fut.

**N**unc videam qles opinio  
 nes de hys habuerunt. Plu  
 tarchus sic in libro scribit. pinto  
 Nonnulli phoz mat veluti Diag  
 ras Milesius ⁊ theodor Crena  
 ius ⁊ Euemerus egiata ⁊ Ca  
 limachus nullo mo deos asserant  
 Euripides ena tragic qzus. Ano  
 pagitaru formidie no dno se a  
 aperuerit. Sisyphu tu iduxit q  
 huius opinionis pectori ⁊ qui  
 buscuqz potuit roib sniaz eius  
 tutatus e. ⁊ Anaxagora q vna  
 stitisse corporea cofuse pmo affir  
 maunt. Deinde a deo i ordmem  
 disticta ⁊ platonē q no stitisse. s;  
 iordmate mota fuisse pmo dixit  
 deinde a deo i ordme reuata re  
 prehendit qz dixerit deo de hys  
 inferiorib cura ee. Beatu em il  
 lud at atqz incorruptibile inquit  
 oi bono repletu. ⁊ ois mali expers  
 ad beatitudme sua conuersi res  
 huanas no auaduerit. Misctu  
 em eet si fabri aut operari mo  
 re ad huiusmodi fabrica se conuer  
 teret. Preterea de que dicit ante  
 ordmacione tota. aut dormiebat  
 inqt aut vigilabat. aut si neutru  
 veru est nec erat dno. Si q dor  
 miebat a slo mortuu fuisse ne  
 cesse e. Sepitern em son mors  
 e. De at nec sonn nec mortis par  
 ticeps e. Si vero vigilabat at  
 pfecta btitudme habuit aut maia

atq; imperfecta Si p[er]tra[ct] nulli rei  
indigebat. que nec ad noua reru  
p[ro]ductione descendisse ip[s]e uerefile  
sit Si at manca uirtutudo affue  
rat. quod uere dicitur de p[er]t au q[ui]q[ue]  
abfuisse concedit. Ad hec quo si  
diuinit[er] huma gubernat. bonu uer  
ant et mali feliat[er] diuinit[er] Tha  
les mundu deu ee asserit Demo  
crit[us] mundi aiāz aut deu ee. et eu  
pile ignee foema possidere Py  
thagoras de p[ri]ncipis unitatem  
deu et bonu. unitateq; ee unius  
natura itellectu uidelicet ip[s]u.  
Dualitate uero demonē ee ac ma  
lu i qua materialis e multitu  
do Socrates et Plato unitu uni  
foeme q[uo]d uere rns atq; bonu est  
h[ec] at uocabula ad itellectu oia  
spectare Deus igit[ur] itellectus  
est et spes separabilis id e p[er]tul  
ab oia materia et nulli passibili  
coniuncta Aristoteles sup[er]nu deu  
separabile specie uniuersi s[ph]e  
re insidientē Sphera at corp[us]  
ethereu q[uo]d ip[s]e quitu appellat  
Quo cu per multas s[ph]eras di  
uidat natura coniunctas et ratiōe  
separatas vna quāq[ue] s[ph]eraru  
cōposita ex aiā et corpore at ee  
arbitrat et corpus q[uo]d ut dixim[us]  
cu ethereu sit articulat[er] moue  
ri Nam uero q[ui]us per se sit imo  
bilis ip[s]a tū motus causam ee  
Stoia deu artificiosu ignē atq;

intelleuale asserit via ratiōis  
ad generatione mundi p[ro]gredi  
entem. qui mundus oēs sperma  
ticas rōnes quib[us] singula scōz  
fata gignūt in se cōtinet Deu  
at spiritū ee per uniuersu mu  
du penetratē diuersis noib[us] ap  
pellatū scōz reru per q[ui]s transit  
diuersitate Mundu etiā deum  
ee et stellas et terra Supremū  
at omē ee in ethere Epicurus  
deos hoīz foema habere q[ui]us nō  
sensu p[ro]pter tenuitate nature. si  
rōne percipiant Quatuor de  
inde corruptibiles ponit natu  
ras atomos uacuu infinitu  
similitudines. quas quidem  
naturas similiu partiu et de  
menta ip[s]e uocat Hic manifeste  
uidem[us] nullā grecos ante Py  
thagora atq; Anaxagora dei  
habuisse cognitionē. que antiq[ui]ssi  
mus t[em]p[or]ib[us] ut Phenioces et egyp  
ti qui ut ostendimus nō itor  
poreas quasda uirtutes. sed  
mortales viros ut deos colebat  
Sic greci quoq; diuinos hono  
res hominibus coferebat  
**U**erū qm alij phōzūm  
sensibus aiāta cognos  
ci arbitrabant. alij contra ra  
tioni solūmodo credendū et se  
sū oīno abiectū dicebat Nō  
ē inutile quid aduersus istos  
aristoteles i octauo de phisica con

scripsit perstringere. Multi in  
 quit rōne solūmodo sequentes  
 sensū ac phantasiā dūno  
 abiciebant ut xenophanes co  
 lophonius et parmenide elcra  
 et Ieno et milesius de antiq̄orib̄  
**D**e uniorib̄ at̄ Stilpo et me  
 garia qui dicebāt unū eē quod ē  
 et quod diuersū eē videt. diuersū  
 nō eē nec gigni q̄cāq̄ nec corru  
 nec moueri penitus aduersus q̄s  
 q̄suis in phia multa dicāt. ta  
 men etiā nūc pauca dicamus  
**D**iuina igit̄ res in nobis ra  
 tio est. indigemus tamē sensu  
 quēadmodū et corpore. Nam  
 et sensus nature de sensibilib̄  
 iudicat. Qui enī sentit aliq̄d  
 patit. et qui sentit quod patit  
 eam passiōe profecto cognoscat  
**S**ensus igit̄ cognicio quēdā ē  
**P**roterea si sentire pati quoddā ē  
 et oē quod patitur ab aliq̄ patit  
**D**ūno diuersū aliudq̄ qd̄ facit  
 ē ab eo quod patitur ut color  
 et sonus a sensu. Demde ip̄m  
 ens ab vno nouerit. sed nec in  
 mobile. Sensus enī mot̄ qd̄  
 est. quō at̄ si nichil ad cogni  
 onē conferūt nullus est q̄ nol  
 let scdm̄ naturā sibi sensus eē  
 dispositos. Omnes enī integri  
 tates sensuū organozūq̄ suau  
 tatē desiderāt qui melius ita  
 de sensibilibus iudicant. Quia

re natura duce tantus amor no  
 bis inest ut nullus nō insanus  
 unū sensū pro oībus bonis que  
 vocant̄ extrema vellet cōmutare  
**C**ur aut̄ si nichil sensib̄ egeant  
 nō erūt oculos nec auditū destru  
 unt. ut opere ostendant veram eē  
 doctrinā suā. Nūc vero verbis qd̄  
 eos vituperant. re aut̄ maxime  
 oīm vtatur. Relusus enī cū sen  
 sibilia nichil eē velit ostendere per  
 sensibilia hoc ip̄m efficere conat̄  
**S**i enī terra est inquit et aer et ig  
 nis et ferrū et aurū et aliud vi  
 uens. aliud mortuū. aliud m̄grū  
 aliud albū. ceteraq̄ oīa que vere  
 eē hoēs credunt. si etiā nos recte  
 videmus. audimus atq̄ sentim̄.  
 ens quoq̄ tale quid eēt profecto  
 quale nobis primo visū est. neq̄  
 transmoueret̄ nec aliud ex alio fi  
 eret. s̄ sibi ip̄si simile p̄maneret  
**N**ūc vero cū dicamus recte senti  
 re videt̄ nobis qd̄ calidū ē et frigi  
 dū. et frigidū in calidū. similiter  
 et molle in durū. atq̄ contra per  
 mutari. Merito igit̄ posset ip̄m  
 permutari. Rōne igitur calidū  
 in frigidū transmutari ceteraq̄  
 huius sensu cognouisti. Sed ra  
 ciones opinionesq̄ istoz̄ iam ita  
 explose sūt ut nec date quidā esse  
 videant̄. Recte igit̄ proculdubi  
 tatione illi philosophant̄. qui et  
 sensū et racionē ad cognationem

rerū suscipiūt hic Aristoteles Ze-  
nophanem et eius similes ver-  
uit Zenophanē at Protagoras  
et Hecatas audierunt Hecata Me-  
trodorus Metrodorū Diogenes  
Diogenē Anaxarchus Anaxar-  
chū Pyrron a quo sceptica philo-  
sophi appellati sunt qui nec sese  
nec ratione quicquid posse cōprehen-  
di docentes magno risu omnium  
explosi sunt. Amen

**E**usebius Paphili de euā-  
gelica narratione ex greco  
in latinū translatus :-

**E**xpliat feliciter


**P**er me fratrem Henricū Russiese  
Anno dñi .m.cccc. lxxv. in pesto pnsche


**E**t














Small decorative knot or ornament at the top of the spine edge.

Small decorative knot or ornament on the first raised band.

Small decorative knot or ornament on the second raised band.

Small decorative knot or ornament on the third raised band.

Small decorative knot or ornament on the fourth raised band.

Large, faint, illegible decorative stamp or blind-tooled text in the lower center of the cover.

Faint decorative stamp or text on the right side of the cover.

